

4. di
t cum
uri,
quam
idici.
verit,
bona
iverit,
d sim.
n de.
d ni.
Jobi
inta.
m vi.
dian.
upl.
Tu
anta
imi
red
oset
nun
p.
IT.

Orat. Funeb. XIIIX.

Job. 7. v. I.

*Militia est vita hominis super ter-
ram, & sicut dies mercenarii, &c.*

GARISSIMI, In hoc textu agit Jo- Argumentū.
bus de miseria labore & periculis
vitæ humanæ, militiæ eam com-
parans, & simul ostendit se tædio
capi harum molestiarum, & liberationem
exoptare, exemplo operariorum, &c.

- I. *De hostibus militum Christianorum.* Loc.
- II. *De armatura & pugna contra hos hostes.*
- III. *De brabio & præmiis, quæ legitime pu-
gnantibus proposita sunt, &c.*

Loc.

Tua, ô Deus,
nostris, bo-
ne, inscribe
verba cordi-
bus.

De Primo.

v. i. *Militia est vita hominis*) Jobus labores
& pericula vitæ humanæ similitudine mi- Militiæ la-
litiae describit. Sicut enim qui se temporali- bores.
duci addicunt, in quorum castris militiam
excent, in ea gravissimas molestias & pe-
ricula, noctes diesq;, domi forisq; sustinere
& exantlare coguntur, dum aut iter facere,
aut in acie stare, aut mortis pericula adire te-
nentur: Sic etiam qui Christo duci nomina